



# Theses juridicae inaugurales

<https://hdl.handle.net/1874/311522>

10

THESES JURIDICAE INAUGURALES.



THESES  
JURIDICAE INAUGURALES,

QUAS

ANNUENTE SUMMO NUMINE,

EX AUCTORITATE RECTORIS MAGNIFICI

LUDOVICI GERARDI VISSCHER,

PHIL. THEOR. MAG. LITT. HUM. DOCT. ET PROF. ORD.,

NEC NON

AMPLISSIMI SENATUS ACADEMICI CONSENSU

ET

NOBILISSIMAE FACULTATIS JURIDICAE DECRETO,

*Pro Gradu Doctoratus*

SUMMISQUE IN

JURE ROMANO ET HODIERNO HONORIBUS AC PRIVILEGIIS

IN ACADEMIA RHENO-TRAJECTINA

RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS,

ERUDITORUM EXAMINI SUBMITTIT

**DAVID JUDA,**

*Surinamensis.*

A. D. XXIX M. Septembris A. MDCCCLVI, HORA II.

—•••••—  
Trajecti ad Rhenum,  
APUD J. DE KRUYFF.  
MDCCCLVI.

---

TYPIS MANDAVERUNT L. E. BOSCH ET FILIUS.

# THESES.

---

## I.

Adsentior HUGONI *Geschichte des Römischen Rechts*  
p. 776, Sctum Macedonianum finem sibi propositum  
vix attingere potuisse.

## II.

Transactio vel pactio de crimine capitali in l. 18  
C. de transact. permissa, non liberat reum.

## III.

In l. 14 inf. D. quae in fraudem credit. legendum  
est *sciente pro scienti*.

## IV.

Arrha data, si venditio scriptura celebranda non  
est, a contractu recedere non licet.

V.

Qui in rei vindicatione victor existit pro iudicato usucapere nequit nisi reus post litem contestatam usuceperit.

VI.

Servitus separatim hypothecae dari nequit.

VII.

Licet inter conjuges locum habeat communio omnium bonorum, tamen mulier se utiliter cum marito in solidum obligare potest.

VIII.

Qui hereditatem pure adiit et legatariis et donatariis detrahare potest, quod portioni legitimae deest.

IX.

Privilegio art. 1185, N<sup>o</sup>. 2, concesso neque horreorum neque rerum incorporalium locator frui potest.

X.

An donationes pactis antenuptialibus vigente Codice Napoleontico inter conjuges factae legitimam partem laedant, dijudicari debet secundum Cod. Nap. et minime secundum nostrum.

XI.

In epistola cambii in art. 111 C. M. indicata mentio valoris accepti vel debiti non requiritur.

XII.

Bene statuit legislator noster, trassatum solutione bona fide cuique praesentanti facta liberari.

XIII.

Minus probandum quod societas anonyma, ut progetur, iterum indigeat regis consensu.

XIV.

In art. 512 C. M. verba: behoudens aan laatstgemelden het bewijs van het tegendeel non sunt stricte accipienda.

XV.

Licet tota navis locata sit ad merces transvehendas, tamen naulum a vectoribus magistro solutum conductori restituendum non est.

XVI.

Art. 222 C. P. non continet injurias scriptura prolatas.



XVII.

Deportationis poena nisi in delictis politicis inutilis videtur.

XVIII.

Delinquenti etiam invito gratia a principe obtrudi potest.

XIX.

Perpetuitas judicum est firmissimum justitiae praesidium.

XX.

Minus probandus legislator francicus, qui parricidae ne causa quidem adulterii concesserit excusationem.

XXI.

Instrumentum status civilis vel agnitionis in quo quis declarat se patrem esse infantis ex adulterio nati, non continetur in art. 338 al. 2 C. P.

